



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CXXXIX. Ioannis Papae VIII. Ad Clervm Mediolanensem. Praecipit  
vt quoties episcopus Ticinensis eos ad Synodum vocauerit, accedant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

culum excommunicationis super te rationabiliter extendemus. Data vt supra.

## EPISTOLA CXXXIX.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CLERVM MEDIOLANENSEM.

Præcipit vt quoties episcopus Ticinensis eos ad Synodum vocauerit, accedant.

*Omnibus sanctissimis & reuerendissimis confratribus & coepiscopis,  
tam Mediolanensi archiepiscopo cum suis suffraganeis,  
quam Rauennati nihilo minus cum  
suffraganeis suis.*

**S**CRIP TVM etenim est: *Deus qui glorificatur in consilio sancto-* psal. 88.  
*rum.* & in euangelio: *Vbi duo vel tres congregati fuerint in no-* Proverb. 18.  
*mine meo, in medio eorum sum.* & item: *Si frater fratrem adiuuerit,* Matth. 18.  
*ambo consolabuntur.* His auctoritatibus fulti, vestra omnium  
sanctitati mandamus, & apostolica auctoritate iubemus,  
vt quoties vos confrater & coepiscopus noster Ioannes Ti-  
cinenfis, & post eum sui successores, vestrosque vocaue-  
rint, pro emergentibus quaestionibus eximendis, conti-  
nuo beato Petro apostolo obedientiam exhibentes, simul  
conuenire non differatis: quatenus Redemptoris nostri  
gratia discussis animositatibus, vitiisque purgatis, in tran-  
quillitate pacis ecclesia constituta, glorificetur Deus per  
Iesum Christum Dominum nostrum. Sacerdotum, Leui-  
tarumque iudicia, quandocumque necesse fuerit, cum  
prædicto episcopo, tamquam proprii episcopi decernite,  
ac diffinite freti nostra omnimodis apostolica auctori-  
tate: quia onera nostra vobiscum partiendo reliqua tolera-  
bilis sufferre valebimus. Optamus sanctitatem vestram in  
Christo bene valere. Data vt supra.